


LIBER

In omnibus similiter spiritibus aliis est idem modus præparationis, nisi quod in argento viuo & tertiis excusamur a maiori labore qui est ex remotione adustiōis, hæc enim sulphureitatem adustibilem et inflammabilem non habent, sed solam fugam. Magnesie vero & marchesite omne genus sulphureitatem habent, plus marchesita, minus vero magnesia, fugam tamen omnes habēt, plus ar.vi, & sal ammoniacum, minus vero sulphur, adhuc vero et minus compar illius & ammoniacum tal, quarto vero adhuc minus marchesita, quinto vero & magnesia minus illa, sexto vero & ultimo minus omnium tutia. Vterque fuga participas est, alia tamē plus, alia vero minus, & ideo propter illorum fugā quibusdam experimētatoribus supuenit delusio vehemens in illorum operationibus preparatiōnū, & ipsorum projectionibus similiter. Ideoque & ipsi arguunt & interimunt ut in sulphure supponentes, & eisdem ut in sulphure supponentibus respondemus.



SERMO DE NEGANTIA

tibus artem per suppōsitionem illius in administratiōe omnium spirituum cum corporibus.

Caput. xvii.

Synt & alij nitentes sese in experientiis spiritus in corporibus figere, nulla alia præparatione huic præueniente, sed eisdem delusio similiter timore angariās attulit & desperationem, & coacti sunt ex ea non esse hanc scientiam credere & contra ipsā arguere. Est enim turbationis illorū causa accreditatatis hic, quoniam in fusione corporum spiritus illa dimittunt, nec eis adherent, imo asperitatem ignis aufugiunt, permanentibus in ea solis corporibus, quoniam pressuram impietatis ignis illi compati propter fugam non possunt, qua ab eis non establlata. Accidit similiter & quandoque delusio, quia & secum corpora ignem effugiunt, & hoc est, cum non fixi spiritus corporum profundo inseperabiliter adheserunt, quoniam voleatilis summa, summam fixi superat. Vnde & similiter ut primi arguant, & similiter ut primi eis respondemus. Tota ergo illorum reprobatio hæc est: Si corpora filii doctrinæ vultis conuertere, tunc si per aliquam materiam fieri hoc possibile sit, per spiritus ipsos utique fieri necesse est,